

§. de extraord. cogn. Sic cum dicimus Corpus Juris Civile l. un. C. de rei ux. adt. universum jus omnibus libris Juris comprehensum intelligimus. 2. Sumitur pro juris quaedam parte: id est, pro jure à Romanis invento & eorum proprio cujus juris sunt Solennia in Manumissionibus, adoptionibus, Testamentis & Codicillis: soletq; hoc vocari Jus Quiritum, §. 4. *J. de I. N. G. & C. 3.* Angustissimè usurpatur, ita ut prætorio opponatur, ut in *L. 7. de J. & J.* Sic heres alius est Civilis alius Prætorius, *pr. J. de bon. possess.* 4. Jus Civile pro *LL. XII. Tab.* accipitur, ut in *L. 10. de jure delib.* 5. apud *Cic. & in Inst.* pro jure privato sumitur. 6. Peculiaris quoque verbi hujus notatio est in *L. 2. §. 5. vers. hæc disputatio de Oj.* ubi disputatio Prudentum Jus Civile vocatur. Hic prævalet secundo loco adducta vocabuli Juris Civilis acceptio. *Duar. ad tit. de Jur. Codicill. vers. Codicilli ex more (pag. m. 477. col. 2. inf.)*

THE S. VI.

Causa efficiens Codicillorum propinqua sunt Personæ, quæ Codicillos faciunt. Omnes nimirum quibus permissum est facere Testamentum.

Jctus Marcianus in L. Divi Severus 6. §. 3. ff. b. sive ut exponit *Jctus Paulus. in l. conficiuntur 8. §. Codicilli 2. & Jctus Julianus in L. si quis cum Testamentum 3. pr. ff. eod.* qui eo tempore quo scribunt Codicillos, Testamenti factionem jure (*quamvis non ipso facto p. ob defectum unius aut alterius Testis*) habent, *Mant. de C. II. V. lib. 6. tit. 4. n. 1. inf. Petr. Greg. lib. 43. Syntag. par. 3. c. 1. n. 5.* Hinc Juris expediti est, & ex contrariorum naturâ rectè colligi potest (*arg. pr. J. de his qui sui. & pr. J. de Tutelis. Harpr. ad pr. J. quib. non est permiss. n. 1.*) Neminem hac Testamenti faciendi potestate destitutum Codicillos facere posse. *L. in bello, 12. §. 5. de capt. & postl. Grass. in §. Codicillus n. 2. de Success. ab Intestat. Turr. q. 20. n. 8. vers. si ergò. ubi plur. autores all. Duar. ad l. 2. ff. de leg. 1. post pr. Bocer. cl. 2. disp. 6. th. 5. pr. Roland. Paschag. tr. de Codic. cap. 1. n. 6. Reuf cap. 5. n. 2. & seqq. Schneidvv. ad pr. J. de Cod. n. 30. Harpr. eod. pr. n. 31. Rittersh. ad §. non tantum J. eod. in pr.* Ratio autem hujus rei, potissimum videtur in eò consistere, quod Codicilli, tanquam parvula Testamenta prout eos appellat *Sichard. ad rub. C. b. in pr.* uno eodemque jure cum magnis censeantur, Quare etiam largo modo Testamentum dici

dici